

Egregio Neonymphorum

PARI,

Præstantissimo Politissimoq;

Dn. ANDREÆ BEYERO,

Serenis. ELECTORI SAXON. à Collectarum

Provincialium rationibus,

&

Lectissima Pudicissimæq; Virgini

GERTRUDI,

Amplissimi Consultissimiq; Viri

Dn. CHRISTOPHORI PINCKFRI,

Eidem Serenis. ELECT. SAX. à Consiliis,

Filiæ dilectissimæ;

Sacrum nuptiale Bonô cum Deo,

ad VI. Non. Martij M DC III.

Dresdæ celebraturo,

Honoris ergò applausum.



Charactere Montano,



1018373

1018373



Feliciter! Feliciter!

Fortunent Superi, Affinis Connubia nostri
Bejeri, celebranda hodie felicibus orsis.
Næ! mihi propterea gaudentia viscera Cordis
Erumpunt Evax! resonantibus adibus Evax!

Eveniant Sponso sibi qua ferventius optat:
Eveniant Sponse, quaq; ipsa medullitus ardet.
Vivida prosperitas in totâ splendeat ade:
Fulgeat ipse focus, thorus & benè floreat auctus.
Hæc ego gratantes meritò apprecor inter Amicos.
Præstet opem summus Diâ bonitate gubernans
Omnia, & eventis implens pia vota Secundis
Jam benè junctorum manibus, pactoq; fideli.

Scribebat gratulabundus
Affini suo suavissimo,

Sigismundus Sindeteller D.

Negare

Negare si quis audeat, Connubia
Fati evidentis actione dirigi,
Istum Sororis pronubæ exemplo meæ
Num, Sponse, credis posse confutarier ?
Hæc visitandi Patris ardentissimo
Commota zelo Dresdam adire cogitans
Clengelij acceptatur hospes ædibus,
Quas dum sibi incumbentis ergò muneris
Necessum haberet sæpè Sponsus ingredi,
Hinc intuendi, hinc alloquendi occasio
Honestæ Sponso, postq̃ Sponsæ contigit.
Nunc quando visos invicem jugarier
Supremus Autor ille matrimonij
Velit, Sorori ejusq̃ Sponso gratulor,
Felicitem utriq̃ faustam comprecans.

CHRISTOPHORUS PINCKER Jun.
J. U. D. Sponsæ Frater.

Cultorum

I.

Cultorum Juvenum palmaris adorea SPONSUS,
 SPONSAq, Virginei gemmula, luxq, chori:
 Atq, Hujus GENITOR, Virtutis, & Artis, & Usûs,
 VIR, magni: Cunctum quin utriusque Genus;
 Eximia eximia poscant præconia Muse
 Jure sibi: minor hæc qualibus apta minùs.

II.

Has luces, quin & noctes, pleriq, sinistro
 More, solent Baccho Luxuriæq, dare:
 Non sic SPONSORUM pia pectora: queis tamen Ipsis
 Lætitia omnino festa paratâ sua est.
 Rite proinde illi licitèq, operentur! eandem
 Nec JHOVÆ Ipsius gratia destituet.

III.

Ergò vocate veni Tadas ô ad HASCE, JHOVÆ,
 Eia veni, Thalami Tupie FUNDE pij:
 Funde Tuig, super benedicti calitus imbrem
 SPONSOS, largifluis Hosce rigaq, bonis:
 Ut FOECUNDUS EIS. Hic sit TORUS atq, SECUNDUS:
 Porrò secundò ullò sed tamen absq, Toro!

M. A. T.

ANDRÆA

BEYERE eximium Decus & Patriæ Urbis Ocelle,
Qua Dresda excelsum tollit ad Astra caput,
Sit precor iste dies, qui dicitur Alter Honoris,
Quo castum fædus connubiale subis.
A Superis Faustus, Benedictus, Clarus & Almus
Det Vitæ & Sobolis, detq; Salutis opem.
Pauca quidem mea sunt, sed Corde profecta calente,
Confirmet, repleat Vota Benigna, **TRIAS.**

Dno Sponso

Fautori suo animitus p.

JOHANNES CONRADI Stud.



ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

Tίς φα καλή ζεύξην τεχνίτην; ἀλλὰ δέθνηκε,
τίς μοι πῶν νύμφην, Νυμφεῖον ἡδὲ γάμφ;
χρῶμασιν ἐγείφθησαν δι' ἀμφοτέρ', ἐμφύχοισι.
πῶς δὲ δύναται; ἀγάπᾶν σήθεισιν ἀτρεκέισι.
ὃ μὲν ἀρέσκομαι ἐγὼ, ἅτι ἐνσεβίνητ' ἀρεταῖς πε,
κάλλειτ' ὄντες ὁμοί ἦτορα ἦντε, μήτηρ.

Ch. I.

Divitiis

Divitiis, *NEONTYMPHE*, suis, non discolor Indus
Dotibus æquivalens, quas tua Juno gerit.

Felix ergò clues: licet Illâ vulnera facta,
Non tamen auxilium denegat esse tuum.

Idalix flammis, vab! quot periere Potentes,
Cui datur, est summum, non grave, dulce moti.

Quo gratulationes concludere

velis

J. G. K.

F I N I S.



John Westwood, Esq. of the Middle Temple
Doctour in Law, &c. &c. &c.
Six years since, viz. 1784, when
It was found that the
The said John Westwood, Esq.
of the Middle Temple, &c. &c. &c.
of the Middle Temple, &c. &c. &c.

J. G. K.

FINIS

